

M-s. 201
2

294.

6

DISSERTATIO PHILOSOPHICA INAVGVRALIS
D E
NATVRALI THEOLOGIA
M. TVLLII CICERONIS
S E C T I O I
D E E X I S T E N T I A D E I

Q V A M
SINGVLARI FAVORE ET INDVLTU
INCLVTI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN ILLVSTRI ACADEMIA IVLIA CAROLINA
DECANO ET PROMOTORE
RVDOLPHO ANTONIO FABRICIO
PHILOS. D. ET HIST. LITT. PROF. PVBL. ORD.
ET ORDINIS PHILOSOPHICI SENIORE.
P R O G R A D V D O C T O R I S
SVMMISQVE IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
R I T E C O N S E Q V E N D I S
D I E XXII MARTII MDCCCLVI
H O R I S ANTE ET POST MERIDIEM CONSVEVIS
I N I V L E O M A I O R I
S I N E P R A E S I D E
T V E B I T V R A V C T O R
C O N R A D V S N A H M M A C H E R
R E C T O R S C H O L A E O P P I D . H E L M S T A D
E T C O E N O B I I M A R I A E V A L L . S V E R R I O R

H E L M S T A D I I
T Y P I S V I D V A E P . D . S C H N O R R . A C A D . T Y P O G R

DISSERTATIO KILII STONII DE ANAETHESIA

NATURALI THEOLOGIA

M. TULLII CICERONIS

DE NATURA DEI

DE EXISTENTIA DEI

SINGULARI FAVORE ET INDULGENTIA

TRINCLAVI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN THEOPHILICA ACADEMIA THEOLOGICA

DECANO ET PROMOTORE

AD RUDOLPHO ANTONIO FABRICIO

PHILOSOPHO ET HISTORICO

ET ORDINIS PHILOSOPHORUM SENIORE

PRO GRADU DOCTORIS

SEMPERNO IN THEOPHILICA ACADEMIA

PHILOSOPHIAE

PHILOSOPHIAE

PHILOSOPHIAE

PHILOSOPHIAE

SINE PRÆSIDIO

PHILOSOPHIAE

CONRADUS WILHELMUS

PHILOSOPHIAE

PHILOSOPHIAE

PHILOSOPHIAE

PHILOSOPHIAE

V I R O

ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO

AMPLISSIMO ET CELEBERRIMO

DOMINO

IOACHIMO DIEDERICO

LICHTENSTEIN

DOCTORI ET IURISCONS. DEXTERRIMO

SERENISSIMO PRINCIPI BRUNSVICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM

A CONSILIIIS AVLICIS, CIVITATIS HELMSTAD. IVDICI

PRIMICERIO ET CONSULI PRIMARIO CET

PATRONO ET PROMOTORI SVO

OBSERVANTISSIME COLENDO

HANC
DISSERTATIONEM INAUGURALEM
LEVE SPECIMEN
SVAE IN
VIRVM ILLVSTREM
OBSERVANTIAE ET PIETATIS
CONSECRATAE
SIMVL
PRECES DEVOTAS PRO SALVTE INCOLVMITATE
ET INCREMENTO
LICHTENSTEINIAE DOMVS
FVNDA DEVM MOX MESTORI
FVNDA
PATROCINIO QVE VIRI IN PAVCIS COLENDI
DE MELIORI ET SVBMISSO SE
HONORATISSIMI ET VENERANDI
VIRI NOMINIS
DEVOTISSIMVS CVLTOR ET ADMIRATOR
CONRADVS NAHMMACHER

DE NATVRALI THEOLOGIA.

M. TVLLII CICERONIS

SECTIO I

DE EXISTENTIA DEI

I

DEVVM esse si ire velis demonstratum, nae sumas tibi ante omnia, esse rem plane nullam posse, ne eius pariter adsit causa, eaque iusta ac idonea. in eo enim quasi cardo negotii vertitur. Neque id CICERONEM praeteriit, quippe qui vbique, Dei existentiae quando causam agit, anticipat, et crebris inculcat vicibus, causis respondere euentus, *illisque remotis originem rei iam reperiri nullo prorsus modo posse.* a) Iam itaque age, duce CICERONE vniuersum sensibus et phantasia in rationis gyrum coactis contemplemur, et dispiciemus autem, quae tandem sit eius causa. Ab ipso autem ordiamur homine. Ille vero mundi huius idonea dici causa nequit, propter hanc potissimum rationem, *quam est omnino aliquid in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod potestas humana efficere non possit:* b) cogitur inde, *id quod illud efficit, melius multo homine longeque praestantius sit.* ita enim CICERO CHRYSIPPI verbis docet. c) Et ita etiam res comparata est: quod si enim vel maxime aduersarius hocce dubium occinat: procreari tamen liberos ex ipsis parentibus: hos ve-

A

10

a) *Fragment. Timaei c. II*

b) *de Nat. Deor. Lib. II, cap. VI. conf. de Nat. Deor. Lib. III, cap. XII*

c) His itaque CICERONIS verbis EVRIPIDIS pariter opiniuncula excluditur, quae occurrit *Tusc. Quaest. Lib. I, cap. 26*

ro ab aliis in lucem editos esse parentibus, et ita porro, adeoque causam cur homines adsint, ab aliis arcessendam hominibus existimaret, et vel ipsos adeo homines efficere potuisse ut iam sint exciperet; frigidum sane id foret et parum festiue dictum. Posset autem CICERONIS verbis, supra excitatis, grauis hic retundi error. Deueniendum enim tandem est eo, ut ratio quorundam parentum in aliis amplius reperiri non possit, *non enim in immensum serpere ista ratio potest*, d) id nempe penitus repugnat. Ita vero aduersario ingenue fatendum esset, firmum stare illud CICERONIS ac immorum, esse quid, vel ipso in humano genere, ad quod efficiendum eidem desint vires, et quod perfectiori quodam enti in acceptis feramus. *) De iis autem qui praeter se aliud quid esse pernegant, nihil quidquam

d) *De Nat. Deor. Lib. III, cap. 20.* Idem argumentum aduersus eos militat, qui infinitum quoddam mathematicum committuntur. Nempe numerus in infinitum serpere nequit: quoniam, quemcumque tibi numerum fingas, subinde tamen eidem adhuc addi aliquid potest. Quidquid autem augeri potest id iam infinitum non est. Itaque infinitum, et id quod subinde augeri potest, res maxime diuersae sunt

*) Subiungi huic, istud quod historia suppeditat, argumentum poterat. Ea namque tradit ante aliquot millia annorum, terras paucissimas cultas fuisse: silvas mirae magnitudinis ac caepedinis multis in locis fuisse, quo pertinet Hercyniae siluae roborum vastitas, de qua PLINIUS exponit: nec vrbes conditas fuisse, et homines admodum paucos extitisse, quod arguit hoc: homines tunc temporis recens creatos fuisse. CICERO autem hanc rem ita exploratam sibi habebat, ut *Babylonios aut Sultitiae, aut Vanitatis, aut impudentiae condemnet*, utpote qui dicant se *CCCCCLXX millia annorum monumentis comprehensa continere. De Diu Lib. I, 19.* Id enim e diametro historiae repugnat. Porro etiam sigillatim ex historia literaria, depromi rationes ab ortu et progressu literarum possunt, ut et ex deriuatione linguarum omnium ab Hebraea: ex historia artium, quae sero admodum repertae sunt: si enim genus huma-

III
quam addam, vt ne CICERONIS manes obmiffitent, qui enim illi in mentem venire poterat, eo dementiae homines progredi poffe

II

DEINDE vero, cauffam mundi, frufraneo prorfus aufu ipfo in mundo quaeri, curatius paullo age expendamus. Dilucido admodum ac perfpicue CICERO ea de re exponit, mutationi namque omnem mundi partem effe fubiectam, eundo fere per omnia genera, ne minutiffimis quidem exceptis rebus, demonftrat, et denuo quincit, *omnia quae funt, e quibus cuncta conftant, mutabilia effe*, e) corpus pariter omne ac bruta animantia. Hinc fua fponde fluit, nullam prorfus rem in mundo neceffariam effe, ita vt non aliter effe ea ac cogitari queat. Nec deeft alia vnde idem confter, ratio. Poffe enim omnem rem in hoc mundo, aut diuifione, aut alio quopiam modo interire CICERO affeuerat. f) Quod ipfum eo minus in dubium vocari poteff, quum experientia comprobetur: omne autem id quod perire aliquando et interemi poteff, *id omne, inquam, aeternum non eff natura.* *) Porro CICERO mutabile effe, quidquid in mundo eff, ducto a patibili rerum natura argumento, adftruit. *Quum omne, inquit, animal patibilem naturam habeat, nullum eff eorum, quod effugiat accipiendi aliquid extrinfecus, id eff quafi ferendi et patiendi neceffitatem.* g) Omnis itaque res, ne homine quidem excepto, mutationi expoſita eff, ad eoque contingens. Expedit fe quoque CICERO hac in re, a Balbi in contrarium adductis rationibus, qui igneam

A 2

vim

num inde ab aeterno foret intelligi non poffet, qui factura fit, vt ante quofdam denum annos inuentae fint.

c) *De Nat. Deor. Lib. III, cap. 12*

f) *ibid.*

*) *ibid.*

g) *ibid.*

III

vim HERACLITI sententia deceptus, sempiternam, mutationisque expertem esse, rebarur, eumque inde potissimum desumpto argumento, quoniam *ignis passu indigeat*, refellit, nam *interiturus est nisi alatur. aeternum* itaque dici non potest. His positis, mundum, quum contingens sit, aliunde originem trahere, obscurum esse nequit. *Mundus enim quandoquidem cernitur, et tangitur: sensusque mouentia quae sunt, eadem in opinione considunt, ortumque habent et gignuntur: nihil autem sine causis gignitur.* h) esse itaque mundi idoneam quamdam causam, ab ipso autem mundo diuersam, sine supina ignorantia et stultitia negari nequit

III

ALIA autem CICERO via ingreditur, mundi causam femoram esse ab ipso mundo, demonstrandi his, qui mundi quamdam mentem et animam comminiscabantur. Protrahit vero BALBVM in orchestram, cuius sententia a ZENONE profecta haec est: *quod ratione utitur melius est, quam quod ea non utitur: nihil autem mundo melius. ratione igitur mundus utitur.* i) Infringit autem CICERO eam in hunc modum, ut quae inde absona, auctori vero parum convenientia sequantur, et quae assumere nullo modo poterat, ei ponat ob oculos. Hoc enim si valeat, mundus quoque *literatus foret*, nam literatum non literato, nemine refrangente, ante habendum est. Eodem modo *fidicinem* etiam mundum ac *tibicinem* esse asseri poterat. ut reliqua, quae illi CICERO obuertit, taceam. Hoc ipso autem orator philosophus ostendit, idoneum nullum adduci posse argumentum, unde mundum anima gaudere certo constet, et quae proferunt, contra ipsos potius militare, argumenta. Quodsi autem animo destitutus est mundus,

h) *Fragment. Timaei cap. III*

i) *De Nat. Deor. Lib. III, cap. 91*

V

duſ, ſane neque cauſſa ipſa eſſe, cur exiſtat, poteſt, neque
eriam Deus, et ſic omnis aduerſariorum baſilica vltro
corruit

III

MIRVM in modum CICERO teſtimonium a nationibus et gentibus de Dei exiſtentia latum, exaggerat, eideſdemque inprimis habendam eſſe fidem, contendit. COTTA de eodem teſtimonio ait: ſi nullum de ea re ſupperet argumentum, praeterquam hoc vnum, ſatis illi futurum. k) At vereor tamen, eo vnico, qui praefraſte Deum eſſe negat atheus, vt convinci ſolide poſſit. Contra ea vero aeque certum eſt, ita id ipſum eſſe comparatum, vt niſi omnem aduerſae ſententiae ſuſpicionem penitus auſſerat, minimum euadat inde maxime verofiſmile, eſſe Deum. *Nulla autem gens*, ita enim CICERO iſtud argumentum effert, *tam fera, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Deus ergo eſt.* Vis autem omnis ac robur argumenti in eo eſt, vt *vulgi opiniones a veritatis ignoratione profectae, vacillent, maximaque verſentur in inconstantia,* l) enimvero ſi qua opinio, *nec inſtituto aliquo, aut more, aut lege ſit conſtituta,* et nihilominus *maneat ad vnum firma conſenſio,* m) vera vtique ſit. Accedit nihil eſſe quod huic repugnet doctrinae, et quum *omni in re conſenſio omnium gentium, lex naturae putanda eſt,* qui id, quaefo, fieri poteſt, vt in hoc negotio, de eius fide detrahatur. Manifefum itaque eſt, gentium vbi ſupperat teſtificatio, eſſe Deum, concedendum eſſe. Nec obſtat ſi vel maxime vnus diſſentiat et alter, quare lubrica ſunt quae excipit COTTA, dari nempe quofdam DIAGORAM, THEODORVM, alios, qui ſummum quoddam Numen eſſe, inſiciati ſint; qui ea

A 3 in

k) *De Nat. Deor. Lib. III, cap. 4*

l) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 16. conf. de Leg. Lib. I, cap. 8*

m) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 17*

VI

in re fluctuarent, AEDERITEM PROTRAGORAM n) cum aliis. Nec videtur etiam ea res, quae tamquam spongia studiose hic diluatur, indigere. Ista autem aliquam praese se fucum fert COTTAE exceptio, quum ex admittis a plurimis flagitiis, et vitiis omnibus referto quorundam vitae genere, prorsus eos Dei cognitione fuisse destitutos, colligit. o) At vero quum in intellectu notitia rei cuiusdam, et eiusdem cognitio esse possit, licet voluntas id minime exequatur, iterum ista obiectio mancam se et mutilam, ab omni que probatione destitutam, dolet

V

DE testificatione gentium argumento, statim CICERO aliud, a praenotione Dei animis hominum insculptae arcessitum, subiicit, nec hoc etiam satis ab illo distinxisse, vt vera fatear, videtur. EPICVRVS autem huic rei προλήψεως nomen imposuit, et primus ita perspicue et apposite, hoc tradidit argumentum, vt magna sua vtilitate omnibus sese commendauerit, quo etiam nomine CICERO librum eius, de *regula et iudicio*, modis commendauit omnibus. Finitionem autem EPICVRI elimauit CICERO ad tenue et emendauit, hunc in modum, vt istam προλήψην *anteceptam animo rei quamdam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quaeri nec disputari potest*, p) dicat. Non sane vim CICERONIS inferre verbis mihi videor, si dicam; esse CICERONI praenotionem de Deo, prima principia hominis menti inscripta, vnde Deum esse ipsi innotescat. Ecquid enim id esse aut dici aliud potest, sine quo intelligi nihil quidquam, nihil omnino disputari potest, quam illa principia a quibus omnis nostra de Deo

n) De Nat. Deor. Lib. I, cap. 23

o) ibid.

p) De Nat. Deor. Lib. I, cap. 16. conf. De Nat. Deor. Lib. III, cap. 4

VII
cognitio pender. Inde autem *intelligi necesse est, esse Deum, quoniam infinitas eorum, vel potius innatas cognitiones habemus.* q) Ipsa autem res vniuscuiusvis experientia comprobatur abunde ac stabilitur

V I

QVAE sit et quanta rerum in mundo obuiarum praestantia, et quae insignis vtilitas, CICERO fuse enarrat. A contemplatione autem machinae corporis humani admirandae, orditur, et quae sit membri cuiusvis et partis vsus, docet: hinc pergit ad corpora mundana, et bruta quaedam animantia, et quantam eorum adspectus nobis creet iucunditatem, et quomodo coniunctis quasi, et compositis viribus, nostro inserviant commodo ostendit. Colligit autem ex his inductis, esse Deum. Vsus namque rerum et praestantia, et *connexa inter se* vtilitas, explicari nequit, ni sumas, esse quempiam qui ea omnia gubernet ac moderetur. Possunt autem seorsim a cuiusvis rei praeclara vtilitate apte desumi, ac componi argumenta. Quod si vero sint forte, quibus ea, sigillatim enarrata, se non omnino probent, *uniuersa certe tamen, ut ait CICERO, inter se connexa, atque coniuncta eos mouebunt.* r) Attendendum autem hic, CICERONIS verba respicere omnem tractationem de vsu rerum in antecedentibus obuiam, licet reliqua periodi verba, (seiuuncta tamen ab his quae adduxi in ciso minori,) saltem ad praecedentem pertineant periodum. Ceterum hoc argumentum, a *simibus* desumptum, in scholis dialecticorum nuncupatur

ORDINEM in mundo obuium, aliquod existentiae Dei esse documentum, sicco prorsus pede praetereundum non est, et quae idem suadet orbis pulchritudo, et strues admiranda. Ducta autem ab vtroque argumenta pari pas-
su

q) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 17*

r) *De Nat. Deor. Lib. II, cap. 65*

VIII

su ambulat, unde iunctim quoque a CICERONE enodatur, hunc in modum: *esse praestantem aliquam, aeternamque naturam, et eam suspiciendam, pulchritudo mundi, ordoque rerum, cogit confiteri.* s) Tutius eo vii argumento poterat, quum antea ZENONIS fregerat sententiam, qui ordinem istum constantem, motumque aeternum dixerat et necessarium t) esse. Remota enim vna ista exceptione, esse hunc ordinem sempiternum necessariumque non posse, nullo profus modo haec conuelli ratio potest

VII

MAGNA est conscientiae vis: vt enim rectae voluntatis conscientia magnam adfert iucunditatem, et ingens in aduersis rebus solamen: ita quasi verberere furdo caedit hominem mens diri facti conscia, licet *sublatus sit suspliciorum metus* omnis ac suspicio. Est autem eius rei testis omni exceptione maior, quotidiana experientia, et CICERO quoque idem affirmat: qui enim nefas aliquod grande admisere, nae illos *furiae insectantur eosque agitant*, inquit, *non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae, fraudisque cruciatu.* Quid? quod eius *nulla expiatio* sit. v) Fieri itaque non potest quin sit aliquis, quem penes iudicium de iis quae in abstrusissimis pectoris recessibus perpetrantur, Deus. Si enim quaedam alia eius rei subesset causa, vt: erronea vulgi opinio, educatio, reliqua, tum sane eius expiatio ardua non foret res, at nulla, teste CICERONE, naturae cognita est. *Discrimen itaque bonorum quum sit et malorum, cogitur, esse quoque diuinam in homines moderationem, ipsiisque a deo Deum* x)

ANI-

s) De Diuin. Lib. II, cap. 72

t) De Nat. Deor. Lib. III, cap. 10

v) De Legib. Lib. I, cap. 14. conf. Epist. Lib. VI, epist. 4

x) De Nat. Deor. Lib. III, cap. 35

VIII

ANIMA humana est ita aliquid, in quo *nihil est mixtum* neque *concretum*, quare eam a terra *nasci* et *fingi* non potuisse, obscurum non est. Item a *humido stabili igneque*, et si qua sunt eius generis alia, suam trahere originem nequit: *his enim in naturis pariter nihil est, quod memoriae, mentis, cogitationisue vim in se habeat ullam.* Quo itaque cunque te veritas, fatendum erit, animae originem, nisi sit qui eam produxerit intelligens ipse et sapiens Deus, reperi non posse x) nec intelligi. Atque ita Deum esse, inde patescit

VIII

MUNDVS aeternus inter *advera* referendus est, natura enim aeterni et indoles repugnat, quippe quae in eo est, *vt nulla temporum circumscriptione possit finire.* Ast mundi *conuersio* ordoque inter ea quae se invicem excipiunt, absque temporis spatio ne fingi quidem potest. y) Tempus vero id cogites quam longissimum, denuo tamen, cum mente et cogitatione ulterius progredi non possis, subsistendum erit, adeoque tempus sua intra *poemoeria* esse constitutum reperies. Itaque ortus aliquando mundus est, certoque Deus existit

X

POSSE etiam ex praesensione faustae beataeque, et contra miseriae omnis generis munitae post mortem, vitae, Deum esse probari, mihi quidem visum est; sin vero alius aliter, equidem non repugno. Nam nihil est quod sibi manes a rebus in mundo obuiis, quippe humanis exempti rebus, timeant, neque etiam ex his boni quid

B

ad

x) CICERONIS in *Consolat.* verba haec sunt: *Nec inuenietur vnquam unde venire hae possint* (animae hominum) *nisi a Deo*

y) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 9. conf. Fragment. Timaei. cap. II*

X
ad eas post fata redire potest. Quicquid itaque eius rei sit, Deum habeat auctorem necessum est. Qui autem vitae fortisque futurae timidus non sit, improbum; probum, qui non cum aliqua animi confidentia ad futura saecula mentum appellat, esse puto neminem. Scelesti enim licet aliquo tempore dolorem de statu post hanc vitam lugubri, plane non sentiant, omnem tamen per vitam eum subterfugere nulli possunt. Praecipue autem hoc in eis qui in discrimen vitae veniunt, animamque agunt, videre est: Itaque omnibus hac in vita, siue de beatitate, siue de tormentis cruciatibusque vitae futurae, quaedam praesensio contingit. Cognitum id quoque Deorum fuisse cultoribus ac perspectum constat: ecquid enim aliud, de poenis apud inferos dandis sententiae, quid de campis Elysaeis commenta sibi volunt? Nec CICERO ab ea opinione alienus est, qui et ipse SOCRATIS scita de conditione diuersa animorum *corpore excedentium* z) refert, eumque maximopere eo nomine collaudat, ut spe sua, fore ut in caelum abeat, fretus, mortem spreuerit; et ita dari aliquam eius rei cognitionem sensumque haud obscure innuit, immo vero id ipsum in Somnio Scipionis utramque facit paginam

HAEC dixisse de Dei existentia, equidem poterat sufficere, sed vnum tamen adhuc, colophonis loco, adiciere placet argumentum, id nempe, quo a notione summi Dei, eum esse, colligitur, quae ratio suos CARTESIO debere natales perhibetur. At vero CICERO nisi totidem verbis eundem tamen in modum, differit. At enim: *ipsum Deum qui a nobis intelligitur, alio modo intelligi non posse, nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretionem mortali omnia sentiens et mouens.* aa) Deum itaque esse inde pro-

z) *Tusc. Quaest. Lib. I, cap. 29. et 30. conf. Consolat. Op. T. IV, p. m. 325.*

aa) *Consol. T. IV, p. 322. adducit haec verba CICERO Tusc. Qu. L. I, 27*

probat, quoniam a nobis intelligi possit ut sit, eiusque perfectiones mirum in modum inter se cohaereant, optimoque concentu conspirent, et quoniam nihil sit quod eis repugnet

X I

Ex his dictis autem, esse quid cui suos debeat hic mundus naturales, adeoque reapse ab eodem distinctum, ipsumque Deum, conficitur, et recta etiam Dei notio, ut nempe sit perfectissimum ens, in quo mundi causa reperitur, inde resultat

X II

QUANTUMVIS autem, cognitis his rationibus, neminem in diuersam ab ea aut contrariam incidere posse sententiam videatur: esse nihilominus, qui velut Herostri flagitio inclarescendi ducti cupidine, tum verbis, tum scriptis etiam, esse Deum, negent, ipsa res loquitur. Quin suum errorem variis adductis rationibus incrustare satagunt. At vero esse tamen quempiam qui id ipsum omnem per vitam animi quadam confidentia neget, vix et ne vix quidem dici posse, existimo, Dei enim praenotio, qua hominum mentes imbutae sunt, obstat. Porro, ut iam de eo nihil dicam, maximam eorum partem, qui id magna peruiacia contendunt, et aperte Deum tollunt, aliquo versus sacerdotes odio, aut alia quacunque externa causa, eo esse adductos: cerre tamen in mortis constituti bb) agone mutant animum, quamuis id interdum dissimulare studeant. Quum vero intersit philosopho, aduersariorum errores posse retundere, quaedam quae huc faciunt e CICERONE describere operae pretium esse videtur. Quod vero antequam fiat, horum hominum, quos Atheos,

B 2

(non

bb) Hoc exemplis HOBBSII, et qui eo deterius adhuc fuit IOH. WILMOTI Comitis Rossensis, qui ante discessum ad meliorem rediit frugem, comprobatur

XII

(non ignotum plane CICERONI nomen, cc) vocant, tria praecipue genera constitui, venit notandum. Namque esse quosdam ignorantia tales, perhibetur, alii, ita vitae rationes componentes tanquam nullum foret Numen, idem sortiti nomen sunt. De his autem duobus generibus hic dicere nihil attinet. Alii autem Deum esse, aut totidem verbis, aut teste paullulum, negant, et hi ipsi sunt de quibus nunc videndum. Si qui autem sint quibus Atheorum in theoreticos siue doctrinae, et practicos siue personae descriptio magis arrideat, quid ni! res enim eodem redit. Ego vero hoc atheorum vocabulo, tantum pro doctrina talibus, duce CICERONE, utar. Sunt autem illi praecipue ita vocandi, qui aperte *Deorum auferunt naturam* dd). Refert CICERO in eam classem DIAGORAM MELIVM, THEODORVM CYRENAICVM, HARPALVM quendam et PROTAGORAM. ee) Hos autem pingues homines, tribus velut Anticyris insanabiles esse, et vix mentis compotes dici posse, CICERO existimat ff)

IPSE autem CICERO sententias Atheorum, ut fert eius mos, adducit, eorumque argumenta enumerat. Inter haec est illud a malo in mundo obuium sumtum. Ita habet: *debeant Dii omnes bonos efficere*, gg) si nempe boni essent ipsi et potentes, sed esse bonis mala in mundo commixta inficiari nequit. Deus itaque non est. Equidem si naturae humanae positos esse limites malum dicas, id sane Deus euitare non potuit, sed quomodo inde complexio ista deduci potest? quodsi vero de hominum delictis et coniunctis cum his poenis id ipsum intelligas, a Deo repetendum id

cc) *De Nat. Deor. Lib. I, 23*

dd) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 23*

ee) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 1, De Nat. Deor. Lib. III, cap. 34.*

De Nat. Deor. Lib. I, cap. 12

ff) *De Nat. Deor. Lib. II, cap. 17*

gg) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 33*

XIII
id non est, siquidem Deus immunem a malo mundum
condidit, hh) idque omne hominis ipsius culpa accidit.
De ea autem re fusius infra erit dicendum

XIII

VIRTUS saepe male, contra vitium bene habitat,
quae res et probis nonnunquam crucem figit. Si quis au-
tem Deus foret, ita Athei colligunt, qui hominum confu-
leret generi, *bene bonis sit, male malis* necessum erat, *quod
nunc abest*. ANAXAGORAM enim, DEMOCRITVM, ZE-
NONEM ELEATEM, SOCRATEM, aliosque probos, supremo
affectos supplicio esse in dubium vocari nequit: HARPA-
LVS contra praedo cum esset, et DIONYSIVS sacrilegus,
secunda tamen fortuna vsi sunt. ii) Neque sane id perne-
gabo, sed boni et mali, Atheos ita exiffimantes, recta ra-
tio fugit. Quantumvis enim aduersi quid bonis externe
acciderit hominibus, id non obstat, quo minus perenni
felicitate, quippe quae in animi tranquillitate, conscien-
tiaque rectae voluntatis, et gaudio inde nato, posita est,
kk) perfruantur. Nec autem ex aduerso *vllum magnum
malum est praeter culpam*. ll) Id vero praecipue est confi-
derandum, infontes post hanc demum vitam, miserisique
omnibus exemptos, beatos fore; fontes vero, poenas esse
datorios mm) quam grauissimas

XIII

SVNT quidam, qui hominem perpetuis terroribus
plane confectum iri, et felicitatis in eum reducere, si
Deus esset, nihil quicquam posse, contendant, eamque ob
caus-

B 3

hh) *Fragment. Timaci. cap. III*

ii) *De Nat. Deor. Lib. I. cap. 32*

kk) *Tusc. Quaest. Lib. V, cap. 10*

ll) *Epist. ad Torquat Lib. VI, epist. 4*

mm) *Tusc. Quaest. Lib. I, cap. 30*

XIII

causam Deum esse, insitiantur. Vestigium eius rei his in CICERONIS verbis reperitur: *Imposuistis nostris cervicibus sempiternum dominum, quem dies et noctes timeremus.* nn) Deum autem, si EPICURI valeret ratio, non esse antea dictum erat. Id equidem inde cogi potest, fateor: obstare Dei timorem ut ne iniusti quid temere et iniqui perpetremus. oo) Enimvero id quoque inde efficitur, homines saluos euadere ac felices posse, siquidem negotia Deus supra nos curat, et prouidet hominum generi. Quid, quod *diligunt nos Dii*, (ut est apud CICERONEM,) *sunt enim benefici.* pp) Itaque hoc ratiocinio aduersarii sua ipsius vincera caedunt

DEVM, si modo sit, antequam mundus fieret, fuisse, concedunt nonnulli ex Atheorum grege: at excipiunt, intelligi non posse, si fuerit sine mundo beatus Deus, quare nouam hanc quaesuerit molitionem, eandemque susceperit; si minus, id itidem parum Deo dignum esse: atque exinde Deum existere in dubium vocant. qq) Respondet autem CICERO Deum *probitate* rr) ductum, de mundo condendo iniuisse consilium, quae ratio cum sempiterna eius beatitate optime consentit

XV

PARVM absunt ab his, qui aut mundum ipsum aut partem eius quandam, simulacra, aethera, solem, stellas, cetera, pro ipso Deo habent, quum enim Deus seiunctus omnino sit a mundo, hi autem esse quid praeter mundum negent, tollere eos ipsum Deum, in propatulo est, quam ob

nn) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 20*

oo) *Ibid.* Verba haec sunt: *Quis non timeat, omnia prouidentem et cogitantem, et animaduertentem Deum!*

pp) *De Diuin. Lib. I, cap. 37*

qq) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 9. in fine*

rr) *Fragment. Timaei cap. 3*

ob causam inuisum eis Atheorum nomen imponere, nullus dubito

XVI

DEMOCRITVS ff) forsân horum promachus est, cui etiam impietatis labem CICERO adpersit, quod modo *simulacra imaginesque* diuinitate praeditas esse veller, modo *principia mentesque* quae sunt in vniuerso, veluti Circeo poculo inebriatus, pro Diis habeat. Redarguit autem eum, quoniam his rebus nulla Dei notio respondeat, *quis enim ista admirari, quis aut dignas religione iudicare potest?* tt) Suos autem ex DEMOCRITI fontibus hortulos irrigauit, qui totam Graeciam non modo et Italiam, sed alias quoque exterâs nationes commouit, EPICVRVS Atheniensis. Hic enim *re sustulit, oratione Deum reliquit*, et hoc inuidiae solum detestandae gratia, *vt ne in Atheniensium offensionem caderet.* vv) Immo vero, adeo hebes fuit atque insipidus, *vt homunculis similem Deum fingeret lineamentis duntaxat extremis, quasi membris hominis praeditum omnibus, vsu membrorum ne minimo quidem; exilem quandam, atque per lucidum, nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem.* xx) Eam autem naturam nullam esse posse CICERO euincit, adeoque grauissimi eundem Atheorum erroris postular, eiusque sententiam frangit. Quicquid enim rectae rationis repugnat dictamini, id sane de Deo sine supina stultitia affirmari non potest. Περὶ τοῦ ψεύδους EPICVRI de vniuersi, ex fortuita concurfione atomorum, origine, minime intactum CICERO praeteriit. Confutatio haec est: *Hoc qui existimat fie*
ri

ss) DEMOCRITVS, Abderita, Olymp. 80 anno I natus. Eleaticae sectae nomen dedit, annosque CVIII compleuisse perhibetur

tt) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 43. De Nat. Deor. Lib. I, cap. 30*

vv) *De Nat. Deor. Lib. II, 37*

xx) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 44*

XVI

ri potuisse, non intelligo, cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti formae literarum vel aureae vel qualeslibet, aliquo coniciantur, posse ex his in terram excussis annales EN-
NII, ut deinceps legi possint, effici: quod nescio an in uno quidem versu possit tantum valere fortuna

XVII

ZENO Cittieus, Stoicorum ille pater, merito cordatio-
ribus ludibrium debet, quum aether mente praeditum sum-
mum esse Deum, perhibet. Quod ratione utitur, (ita arguit,) melius est quam id quod ratione non utitur: nihil autem mundo melius, ratione itaque utitur. CICERO autem turpem se ZENONEM isto argumento dedisse multis modis probat. yy) Surculus eius est, et in magisterio successor, CLEANTHES Cittieus: quid itaque mirum, si parum ab eius abfuerit sententia. Mundum vero Deum dicit esse, et tum totius naturae menti, atque animo tribuit hocce nomen; tum vero etiam aether certissimum esse Deum indicat. zz) PERSEVS Cittieus, qui et ipse ZENONIS pressit vestigia, putat Deos esse, a quibus magna utilitas, ad vitae cultum esset inuenta, immo vero, illas ipsas res diuinas esse docet. Nihil autem absurdius, si CICERONEM audias, est, quam deformes res atque sordidas Deorum honore afficere. aaa) CHRYSIPPVS, Solensis, versutus ille et callidus bbb) philosophus, mundum quoque Deum esse opinatur; aethera Iouem nuncupat, et ignotorum Deorum turbam ingentem, comminiscitur. Aegri autem haec somnia, ido-

yy) Acad. Quaest. Lib. IV, cap. 41. conf. de Nat. Deor. Lib. III, cap. 9

zz) De Nat. Deor. Lib. I, cap. 14

aaa) ibid.

bbb) Versutus a CICERONE dicitur, quoniam celeriter eius mens versabatur: callidus autem, quoniam eius animus, tanquam manus opere, vsu concalluerat. De Nat. Deor. Lib. III, cap. 10

idoneis nullis suffulti rationibus, pugnantes contra ipsam cum ratione, CICERO futilissimis poetarum figmentis aequiparar, ac e sanae philosophiae foro proscribit. PYTHAGORAS ccc) autem *Deum animum per naturam rerum omnem intentum et commentem esse, finxit, ex quo nostri animi carperentur.* Haec sententia non aliena esse ab ea, quam sedecim ante lustra et quod excurrit BENEDICTVS SPINOZA tuitus est, viderur. Sed vterque non viderunt *distractioe animorum disperpi et lacerari Deum: et quum miseri animi essent, quod plerisque contingeret, tum Dei partem esse miseram: quod fieri non potest.* ddd) Extensionem autem infinitam quum SPINOZA Dei affectionem diceret, non vidit se cum CROTONIATE ALCMAEONE, PYTHAGORAE auditore, *mortalibus rebus immortalitatem tribuere,* eec) victumque se a CICERONE esse, EMPEDOCLES AGRIGENTINUS, Italicae sectae alumnus, *quatuor naturas diuinas,* fff) ANAXIMANDER *natiuos deos,* THALES MILESIUS ggg) *sapiens dictus, eam mentem quae ex aqua omnia fingeret,* hhh) ANAXIMENES, iii) aëra, pro summo numine habu-

C

bu-

ccc) Pythagoras Samius Italicae Sectae conditor. Pherecydem audiuerat. Venit in Italiam regnante Tarquinio superbo. Fatuus autem functus est anno 4 Olymp. 70

ddd) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. II*

eec) *Ibid.*

fff) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. II*

ggg) Natus Olymp. 35. anno I. Sapiens autem istud cognomen Olymp. 49. anno III nactus est, vnde aerae philosophicae ducitur initium

hhh) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. 10*

iii) ANAXIMENES Milesius, ANAXIMANDRI discipulus et in schola Ionica successsor. ANAXIMANDER autem THALETIS discipulus esse dicitur. Ceterum ANAXIMANDER Zodiaci obliquitatem primus (teste PLINIO L. II, 6) invenit

XVIII

buerunt. Sed nimis parua hi per aequor vela dederunt, fuisque assertis firmas probationes nullas subiecerunt. neque poterant etiam, *nos enim Deum nisi sempiternum intelligere qui possumus?* PARMENIDES commentitium quidam coronae similitudine effecit: *stephanan* appellat et Deum, kkk) quum vero in eo quidquid sit, nemo intellatum suspicari possit, reiiciendum est. Pauca autem haec de multis adduxisse sufficiat: qui enim proferre omnia possem

kkk) *De Nat. Deor. Lib. I, cap. II*

AB: 153990

ULB Halle 3
004 327 640





sb.

v. 18

R







6

DISSERTATIO PHILOSOPHICA INAUGURALIS
 DE
NATURALI THEOLOGIA
 M. TVLLII CICERONIS
 S E C T I O I
 DE EXISTENTIA DEI

Q V A M
 SINGVLARI FAVORE ET INDVLTV
 NCLVTI PHILOSOPHORVM ORDINIS
 IN ILLVSTRI ACADEMIA IVLIA CAROLINA
 DECANO ET PROMOTORE
ADOLPHO ANTONIO FABRICIO
 PHILOS. D. ET HIST. LITT. PROF. PVBL. ORD
 ET ORDINIS PHILOSOPHICI SENIORE.
 PRO GRADV DOCTORIS
 MMISQVE IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
 RITE CONSEQVENDIS
 DIE XXII MARTII MDCCCCLVI
 ANTE ET POST MERIDIEM CONSUVETIS
 IN IVLEO MAIORI
 SINE PRAESIDE
 TVEBITVR AVCTOR
ONRADVS NAHMMACHER
 RECTOR SCHOLAE OPPID. HELMSTAD
 ET GOENOBII MARIAEVALL. SVBPRIOR

HELMSTADII
 TYPIS VIDVAE P. D. SCHNOKK. ACAD. TYPOGR

